in et ipsi peccata sua confiteantur in penitentibus et confitentibus peccata sua
dimittant. Propterea quod confitemini alterutrum peccata vestra et orate pro invi-
cem. Ad quid? Ut salvemini. Confitemini ut salvemini. Quid est confitemini
ut salvemini? Hoc est non salvemini, si non confiteamini. Hoc fortassis tu audire
noluisti. Quare latebras queris et abscondis scelera tua ut non iustificeris? Si
tibi placet quod dicitur quia hi qui confiteri peccata sua nolunt salvari non possunt,
propterea fortassis conaris ad aliud dictum apostoli intorquere ut intelligatur
confitentibus quod promisisse salvationem tamen non confitentibus non negasse salva-
tionem. Audi quid Augustinus dicit: Non potest quis iustificari a peccato nisi confessus
fuerit ante peccatum. Et Iacobus in eadem epistola de qua superius
testimonium sumpsimus sine confessione in quid nequeunt dimitti pec-
cata. Sed si hoc illa dictum debet esse ut cotidiana levia que peccata
alterutrum coequalibus confiteamur ut orationibus invicem salvemur. Porro que
moris lepre immundiciam sacerdoti pandamus ut ad eius arbitrium
iustificari curemus. Videte quomodo concordant testimonia veritatis.
Et quidam in ecclesia communis penitentia que cotidie ad invicem faci-
mus in qua oratione fusa pro invicem pro cotidianis et levioribus peccatis
indulgentiam et remissionem consequimur. Graviorum autem culpe reatum sin-
gulari confessione sacerdoti aperimus et per eius consilium munere satisfactionis
oblato indulgentiam peccati obtinemus. Sed dicis si salvari non potest homo non confi-
teatur peccata sua, quid est quod scriptum invenitur: Lacrime lavant delictum
quod ore pudor est confiteri. Invenerunt enim quidam et inde dicta et rapuerunt
ea homines gaudentes non quia veritatem capiant sed quia errant sed quia maliciam suam
defendere volunt excusationes. Dicunt enim: Quid nos constringitis quid nos ar-
tatis? Pudenda sunt facta nostra, non nos permittit verecundia eloqui. Erubes-
cimus confiteri quod fecimus. Quod possumus tamen facimus. Cor contritum et humiliatum
offerimus. Dolemus pro eo quod male egimus, lacrimas fundimus, carnis ma-
ceratione reatum punimus. Quid verba queris ubi opera bona sunt?
Habemus scripturam consolantem nos et dicentem: Lacrime lavant